

XI. *De Aquilis Romanis, Excerpta ex Epistola
Guil. Musgrave, M. D. et utriusq; Societ. Reg.
Socij, ad Virum Clariss. Gisb. Cuperum, Consulem
Daventriensem.*

DE Romanorum *Aquila* dubitas, utrum Auro Argen-
tove incrustata fuerit? [veteres, inquis, eam *Aure-
am vel Argenteam faciunt totam.*] At, Atmicorum optime,
quis unquam veterum hoc affirmavit? Scio quidem (eru-
ditissime Cupere) Te cum *Stewechio* et *Lipso*, militiæ Ro-
manæ scientissimis, stare. Scio *Dionem Cocceium* (1) Ἀετὸ-
ς, *Arrianum* (2) Ἀετοὶ σέμιμάλα χρυσᾶ de *Romanis
Aquilis* adhibuisse. *Xenophon* etiam, de *Perfis* scribens,
(nam a *Perfis* *Aquila* sunt acceptæ) Αετὸν τινὰ χρυσῶν (3),
et αετὸς χρυσός (4). Sed longe hæc a scopo.

Suggestum in Curia, (sic a *Floro* (5) dicitur) sive *Sellam*
(ut *Suetonius* (6), & *Cicero* (7) eam appellant,) quam
Senatus Julio Cæsari decrevit, totam ex Auro fieri, vix
credibile est; verum potius (ut vult (8) *Buchnerus*) aura-
tam, et multo Auro obductam. Si quis autem isthanc opinio-
nem pertinaciter defensum iverit, *Plutarchum* (9) & *Dio-
nem* (10) habebit adversarios; a quibus hæc eadem *Sella
Διοῖς ἐπίχρυσος*, i. e. Auro inductus, sive obductus, in
summa sui parte inauratus, dicitur: Ut, a *Suetonio*
(11) [*Sedes Aurea*] & plus semel a *Cicerone* (12), Ele-
ganiarum

U

(1) Lib. XL. (2) Dissertationibns *Episteti*. (3) *Xenophon*. Anab.
(4) *Pædia Cyri*, Lib. VIII. (5) Lib. II, Cap. XI. (6) *De Julio Cæsare*,
Cap. XXVI. (7) *Philippic*, II. 85. *De Divinatione* I, 19. (8) The-
sauro Eruditionis Scholasticae, voce *Aureus*, Ed. Lippensi, 1692. (9) *In Cæ-
sare*. (10) Lib. XLIV. (11) Loco jam citato. (12) Locis jam citatis.



gantiarum patre, qua significatione Sella hæc dicatur *Aurea*, facile sit perceptu. Domum incendio absumptam, restitutamq; *Nero* (ex auratis proculdubio Columnis, ostiorum postibus, Fenestris, et id genus alijs) *Auream* (13) nominavit, non ex Auro fabricavit.

Notum etiam est, a *Cicerone* (14) Aquilam militarem dici *Argenteam*; sed id significare [*totam eam ex Argento fieri*] non est probabile; cum in triumpho *Pompeii magni, Mithridatis Currus [Aureos, Argenteosque fuisse]* tradit *Plinius* (15). Hoscine vero totos fuisse *Aureos* opinabimur? minime gentium. Ipsa rei ratio contradicit. Quis enim nescit, Tritum hæc Metalla non pati? Quis ne' sit, Auri id pendus esse, ut Currus ex eo factus, quod trahi respuat, (nisi minutulus, ad Puerorum ludicra) omnino sit inutilis? *In hismodi dictis, non solum verborum sono, et primo eorum sensu, sed et ipsi naturæ rei consulendum:* Quæ si, in veterum Auctorum interpretatione, diligenter obseretur Regula, in ijs explicandis exponendisque, usus erit profecto non exigui.

Hoc quasi filio ducti, Labyrinthum hunc ingrediamur; primoq; advertamus, *Aquilam* esse totius Legionis Insigne, fulgens, hastæ longæ extremitati affixum; ut ab Aquilifero erectum, et a militibus, (præcipue primæ Cohortis) ij. vero in Legione, ut ex *Vegetio* (16) patet, Pedites mille centum quinque, Equites centum triginta duo (i.e. 1237) erant, aspedum, usui sit tanto eorum numero, in servandis ordinibus, in custodiendis intervallis, atq; adeo forma aciei retinenda. Alta ergo, et magna sit *Aquila*, necesse est, ut proposito respondeat: Primum ejus Altitudinem; et deinde Magnitudinem indagabimus.

In *Adductionibus*, quas Nommi *Romani* passim repræsentant, ij. præcipue, quæ justæ longitudinis hastam humi defixam habent, et *Aquilam* ad perpendicularum eleva-

(13) *Sueton. in Nerone*, Cap. XXXI. (14) *Oratione in Catalinam*, Cap. IX. (15) *Lib. XXXIII. Cap. XII.* (16) *Lib. II. Cap. vi.*

elevatam ; his, inquam, in Nummis, *Aquile* et *Hastæ*, cui imponitur, simul sumptarum altitudo, ad Aquiliferi altitudinem esse solet, ut 4 ad 3 ; sive in ratione sesqui-tertia, præterpropter. Ut in Nummis *Caij Cæsaris*, (17) et *Galbae*, (quos ex Ære majusculos possideo, et jam nunc in manibus habeo) alijsq; licet observare, *Galbae* (18), *Hadriani* (19), *Gordiani*q; (20) ; quorum figuræ, prelo impressæ, extant ; et in Nummo *Othonis*, (quem etiam possideo) *Securitatem P. R.* exhibente. Dato jam Aquiliferum sex pedes altum esse, (qua utiq; statura in istiusmodi milite *commoda* censeatur) hinc sequetur, *Aquilum* et *Hastam* simul acceptas, altas esse pedes octo. Hujus altitudinis pars minimum duodecima tribuenda est *Aquile*, cuius profunditas erit *unciarum* octo. Ex profunditate corporis hujus Aquilini, de ejus ceteris dimensionibus possumus conjicere ; et ex ijs de ejus Pondere. Erit pondus hujusce *Aquile*, si ex *Argento* fuerit, librarum circiter 300 *Trojan.* si ex *Auro*, 600 *l. Trojan.* At tantæ molis *Auro*, vel etiam *Argento*, *Hastæ* summæ imposito, in altum elevando ferendoq; parem, quem tandem inveniemus *Aquiliferum* ? Profecto, quod in causis antiquitus solebat dici perobscuris, *Non liquet*.

Lipsius (21) hic opponit ex *Floro*, in clade *Variana* [*Signiferum Aquilam intra Balthei sui latebras gerentem, et in cruenta palude delitentem,*] ne scil. potirentur ea hostes ; ex eoq; corpus *Aquile* non magnum esse judicat. *Balthei latebras*, quam velt ille maximas, et quidem ejus, qui vel *Garigantue* circundaretur, lubentius concederem, quam *Aviculam*, *Passerem*, vel *Rubellionem* magnitudine vix superantem (qualem *Lipsius* eam esse vult) *Aquile Romanæ* vires & munera præstare ; sed ut *Florus*, in alijs hujus narrationis partibus, turpissime falsus est ; (qua de re videantur *Ryckij* (22) ad *Tacitum Animadversiones*)

(17) Vide Tab. II. (18) Stewech. Comment. ad lib. III. Vegetij, pag. 271.

(19) Ibi. (20) Aëta Eruditorum Menfis Maij, MDXCIII. (21) De Militia Romana, lib. IV. (22) Pag. 33.

ita quidem minime audiendus, in ea, qua de *Aquila* magnitudine adeo dissentit, tum a reliquis optimæ notæ Auctōribus, tum ab ipsa rei natura veritateq;






Ego quidem (ut de *Aquila* fabrica, ex ejus usu, ferrem sententiam) e Ligno quodam, vel Subere, vel materia sive Coriacea, sive Chartacea, vel hujusmodi aliquo levidenti, Lamina sive Argentea sive Aurea obducto, cum Alis ejusdem Laminæ in altum expansis, & interdum Tonitru sub *Aquila* pedibus, eam fieri conjecto. Talis enim proposito responderet. *Aquila* parvitati immodicæ non parum favent ea, quæ de Sacello ejus, ab Auctōribus nimis obscura, neque recte satis, exhibentur. Aliqui Sacellum, & in eo *Aquilam*, Hastæ superponi volunt: Sed (ut apertissime (23) Lipsius) Cave, sentias, in *Hasta* ipsa simile quidpiam adfuisse Templi. Ad Castra id referendum est; in quorum principijs Ædicula quædam, sive Templum erat, in quo, Religionis ergo, *Aquila* & Signa servabantur, adorabantur: quod ex Herodiani lib. iv. probatur. Hoc autem adjicere placet vñπερμελεγ, quod a Lipsio prætermissum est, nempe ad Domos etiam privatas id referri posse videri. Ita enim (24) Cicero de Catalina [Aquilam Argenteam, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit.] Quod ab alijs *Aquila* Sacellum, Templum, & Ædicula fuit, Sacrarium id a Cicerone dictum, & quidem in privata Domo positum.

Hanc rem consideranti, nemo eam acu tetigisse, mihi magis videbatur, quam Ant. Augustinus (25), qui ita scribit, [Legiones singulæ Aquilam sculptam gestabant, hastæq; impositam, Auro Argentove incrustatam.] Quæ quidem illius verba, rem, ut opinatus sum, veram exprimentia, in Commentarium meum retuli: rectene vero, an secus, cedo quemvis arbitrum.

Tabula

(23) Commentatio ad Lib. II. Annalium Taciti. (24) Loco jam citato.

(25) Dialog. III. Antiquitatum in Cappadocia.



Nummos hosce, Romanarū Magnitudinem Aquilarum ostendentes, ære incisos,
Orbi literato D.D.Q. THO:DIKE de Tetton,
Armiger, πόλησιν ἀνταξίος ἀγέλων.

M. V. Guchi Sculps.

Tabulae Explicatio.

I. **N**ummus *Galbae*, in altera parte habens ejus Effigiem, cum hac Inscriptione,
IMP. SER. SVLP. GALBA. CÆS. AVG. TR. POT. *Vide Tab. II*

In altera *Adlocutionem*, quam hic exhibemus.

II. Nummus *Hadriani*, cuius altera facie

HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P.

Alterâ hæc *Adlocutio*.

III. Nummus *Gordiani*: cuius altero latere,

IMP. GORDIANVS. PIVS. FELIX. AVG.

altero, quæ hic cernitur, *Adlocutio*.

Reliqui tres Nummi e meis sunt, ærei, ejusdem Magnitudinis cum Figuris; nempe

IV. Nummus *C. Caesaris*; cuius altera pars habet

C. CAESAR. AVG. GERMANICVS. PON M TR PO.

(i. e. Pontifex Maximus, Tribunitiæ Potestatis.)

Altera hanc *Adlocutionem*.

V. Num-

(150)

V. Nummus alter *Galbae*; altera parte habens

SER. GALBA. IMP. CAES. AVG.

altera, *Adlocutionem.*

VI. Nummus *Othonis*, cuius altera facie

IMP. OTHO. CAES. AVG. TR. POT.

altera, SECURITAS. P. R.

Notatu dignum est, in omnibus hisce Nummis *Aquilas* ejusdem fere altitudinis esse, nempe tres supra caput Aquiliferi circiter pedes; unde licet conjicere, quod tametsi Hastæ, quibus superimpositæ fuerunt *Aquila*e, non in Nummis omnibus exprimantur, tamen, cum in Nummis 1, 2, 3, 4, integre ad terram usq; producantur, ejusdem alias cum hisce longitudinis esse.

XII. An